

1

2

3

4

5

6

1766.

1. Heimburgius, Dr. Cyp., Fac. iur. Decimus: Programma:
+ De paena matris infantis sui et eius nati mortuorum
ex proposito matuantes, Dissertatione in ang.
Christianus Ludovicus Kerner... praemissum
2. Heimburgius, Dr. Cyp., Fac. iur. protocamus: De matre
infanticidina confessa etiamen corpus f. delicti defi-
ciat morte multando, Dissertatione in ang. Gott.
Ioh. Duschii Delze... praemissum
3. Heimburgius, Dr. Cyp.: Precipua denuntiationis velut
lariac judicialis capitulo
4. René, Lazarus: De effectu deficitibus formae legalis
in achbris, qui ius respiciunt
5. René, Lazarus: De iure circa bona conjugum usq.
facta ab alterius divorcio nec reconciliacione segun-
daria quodammodo applicatione ad ius Brandense.

1766.

6. Rose, Jacobus : De praxi juris monstra generalia
7. Rose, Jacobus : Ne iure officio impressum titulus oneroso
immati
8. Buttiens, Fréd. Cora : Ne iure militari publico
et privato universaliter communi
9. Schmidt, Fridericus Erdmann : Ad et quatenus litteras
obligatio in Germania locum habet?
10. Schmidt, Fridericus Sitz, protocamus fac. iur : Programma
, De dole Germanica den Totalitate , quo Dr. Jur. Lelius
Johannani . . . dissertationem in dicit.
11. Schaus. N. us, Fr. Ant. : De remedio suspicione
prosecutione praesortim protestatione quaestio
12. Welches, Carolus T. D. : De transactione capite dannati
art. 1. 15. P. de Somat.
13. Welches, Carolus T. D. : De transactionibus propter
litteram huius interpositis art. 1. 2. P. de hausard.

1767.

1. Hufeld, Dr. August, Far. post. ex Decanis: De pro-
tectione Districtatus territoriorum per exempla
similique solemnia in ang. Georgii Friderici Spiegelii
indicat.
2. Veltze, Thes. Berolin. : An in venditione gratiana
jus prohibens locum habeat?
3. Reichart, Dr. Augustus: Prudentia articulorum imperititia
ante despiciens sententiam consideratio et.?
4. Reichart, Dr. Augustus: Recare obligacionem tellatae
5. Rickenmann, Christianus: Re puncto legistino
6. Schellnitz, I. L. L. Ue: Natura hereditatem p. 29.
decreto vendit. Actio?
7. Waldisius, Carolus Fritor: Recusatio nominum martialis
8. Waldisius, Carolus Fritor: Recusatio accidensibus
pendatis.

116

Left by Barbara & Leipzig, via Torgau & Wittenberg
to Dresden, intended which was worked
continuously except a short interval applied
to Berlin, and Leipzig, and working in
Brandenburg and Saxony, took
5 days and 15 hours, day & night.
The above and following account of the
Baltic steamer will be followed by the
same route through the Baltic, and
will be given in full detail, including
provisions, wants, & sailing plans,
etc., etc., etc., etc., etc., etc., etc., etc.,
and I hope to have
as much detail, time, and cost, and
as soon as possible.

P. H. D.

22. *G. 72. num. 11*
440
IO. CASP. HEIMBURGII D.

COLLEGIORVM IVRIDICORVM IENENSIVM ORDINARII
ET FACULTATIS IVRIDICAE H. T. DECANI

PROGRAMMA

DE

POENA MATRIS
INFANTIS SVI RECENS NATI
MORTEM EX PROPOSITO
MATVRANTIS
DISSERTATIONI IN AVGVRALI

DE

DONATIONE CAPITE DAMNATI
AD L. XV. DE DONATIONE

PRAENOBIILLISSIMI ATQVE CLARISSIME
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATI
M. CHRISTIANI LVDOVICI KERNERI
HECHINGENSIS

PRO LICENTIA

DIE XVI. IUL. M D C E L X VI. HABENDAE

PRAEMISSVM

IENAE
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS





§. I.

Vti breui hac commentatione quaestione, quam poena mater, infanti recens ex se edito mortem occidendi animo maturans, sit afficienda? contemplari, nobis animus est: ita merito articulum CXXXI. Constitutionis criminalis Carolinae, in qua quidem decisionis a nobis tradendae fundamentum est positum, praemittimus. Nimirum ait Imperator: *welche Weiber ihre Kinder, so das Leben oder Gliedmaß empfangen haben, heimlicher, boshafte, williger weiß ertoedten, die werden gewoehnlich lebendig begraben und gepfaeleit. Aber darinnen Verzweiflung zu verhüten, mögen dieselbigen Vebelthäterin, in welchem Gericht die Bequemlichkeit des Wassers dazu vorhanden ist, ertränkt werden &c. &c. alles nach Rath der Verständigen.*

§. II.

Quae de infanticidii, in quod Imperator animadvertisit, sint substantia, ex hac sanctione adparet. Ea scilicet mulier, quae partum enixa est, eumque recens natum ex proposito morti tradidit, criminis infanticidii rea habetur.

§. III.

Ac qualitas quidem infantum recens natorum aliquam hic suppeditat differentiam. Alii enim vitam habent

bent verosimili ratione duraturam; alii sunt imbecilli vixque vitales. Quo pertinent partus praematuri nec non illi, in quibus talis a natura vel ex facto aliquo dependens corporis status adparet, qui, mortem imminere, certo est indicio.

§. IV.

Quoniam autem sanctio nostra generatim de infante recens nato praecipit, nullamque iniicit illius differentiae mentionem: certe Imperator utramque partus speciem complecti videtur.

§. V.

Indagandum ergo, an haec mens sit Imperatoris, isque in utroque casu siue infans recens natus sit sanus, siue morti vicinus, culei poenam matri minetar.

§. VI.

Et negari quidem non potest; tradita ab Imperatore in dicta sanctione infanticidii requisita in matrem, quae infantem recens editum, cui mors sit propinqua, dolo occiderit, omnino cadere. Quamuis enim certum sit, eiusmodi natum breui moriturum esse: tamen si rem accurate spectamus, mater pro causa mortis haberi potest. Siquidem ea, ut talis infans citius decedat e vita, quam alias discessisset, sua effecit interemtione; hominis autem excessum e vita ocius sequutum, quamvis, interfectione omissa, contigisset, pro internecione recte haberi, non est dubitandum.

§. VII.

Ex quo consequi videtur, ut poena culei, ab Imperatore in infanticidas constituta, ad matrem omnino

* 2

pertinet

pertineat, siue recens natum sanum, siue morti vicinum oppresserit.

§. VIII.

In eo autem conueniunt Carolini iuris interpretēs, ex Imperatoris voluntate poenam culei, articulo CXXXI. fancitam, ad matrem tum modo pertinere, si partum suum sanum et morti haud vicinum neci tradiderit. Et sane eos hanc rem iusta metiri aestimatione, facili negotio intelligitur. Nam multum ab hac specie utique differt occisio infantis debilis et morti vicini. Si enim infans natus est vel praematurus vel maturus quidem, sed ex alia causa morti vicinus, dolus, quem committit mater, minor esse potest, quam si eius factō sanus infans pereat. Siquidem mater in eam facile cogitationem potest incidere, infantī breui tempore e vita discessūro, per homicidium leue inferri damnum, stupri crimen autem sic celari ideoque maculam, quam stuprum in vulgus emanans pariat, euitari posse. Sic ergo in grauius omnino incurrit crimen mater, si natum sanum vita priuet, quam si breui interiturum morti tradat. Quo grauius autem est delictum, eo maiorem quoque poenam sentire facinorosus deberet. Quamobrem sententia iuris interpretum, mulierem mortem infantis sui accelerantem, mitius puniendam esse, quam eam, quae infantem necauerit sanum, menti Imperatoris, cui, vt poenam criminis reus meritam debitamque et minime maiorem luat, semper curae cordique fuit, quique ideo multa etiam in articulo CXXXI. C. C. prudenter arbitrio reliquit, maxime est consentanea.

§. VIII.

§. VIII.

Postquam ostendimus, matrem, quae id modo effecerit, vt infantis mors citius eueniret, poena ordinaria, de qua articulo CXXXI. cauetur, non esse plectendam; iam cuinam poenae extraordinariae locus sit? examinandum.

§. X.

Certe ad rationem articuli CXXXI. C. C. C. recurrentum esse, res ipsa docet. Nimirum Imperatorem, vt in matrem, infantem fanum ex se editum occidentem, poenam statueret atrocam, grauitas sceleris admissi permouit. Quandoquidem eiusmodi mater iam ex naturae legibus, omnem curam pro conseruanda nati vita adhibere tenetur, ideoque nati sui interfectione longe grauiori se contaminat delicto, quam alii, qui simplicis homicidii crimen contrahunt. Et idem fere agit mater infantem agonizantem interficiens. Deflebit enim ab officio, quod natura ipsi imposuit. Sed eius dolus gradu differt a dolo, quam mater, partum fanum necans, admittit. Quae tamen doli diuersitas non omnem quidem tollit capitis poenam, sed modo supplicii poenam ita mitigare suadet, vt poenae atrocitas sit remittenda.

§. XI.

Ac proinde omnes fere criminalis iuris interpretes, tales mulierem capite truncandam esse, existimant *).

* 3

§. XII.

*¹) KRESS. in Comment. ad. art. CXXXI. C. C. C. §. 3. not. I.
FROELICH a FROELICHSMURG. in Comm. ad C. C. C. Lib. II.

§. 12.

Eumque in modum a nostro etiam Collegio saepius pronuntiatum esse, recordor.

Addenda quidem essent adhuc plura huic scriptio[ni], sed iam de natalibus et in primis studiorum ordine

PRAENOBILISSIMI ET CLARISSIMI
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATI NOSTRI
M. CHRISTIANI LVDOVICI KERNERI
HECHINGENSIS

nonnulla tradere, mos institutumque maiorum praecepit. Itaque schedulam, in qua id Candidatus noster egit, exhibere non dubitamus.

Natus sum, inquit Noster, Hechingae die VIII. Maji A. R. S. MDCCXLIV ei prospera omnino fortuna optimum patrem habui Ioh. Georg. Kernerum Iuris utriusque Licentiatum, Comitem Palatinum Caesareum, Serenissimi Ducis Würtembergici Consiliarium Regiminis, atque Summum Praefectum Ciuitatis Ludouicoburgensis mihi nuperime ad maximum dolorem morte eruptum, & suauissimam matrem Mariam Ludouicam, quam summum Dei numen diu inter viuos esse velit. In linea paterna perennem colo memoriam aui Iustini Kerner, Summi praefecti Ciuitatis Calwensis et Iuris utriusque Licentiati nec non aiae Mariae Sabinae ex stirpe Weisertensi. In linea materna veneror cineres aui Christ. Ludov. Boeklenii Consiliarii Sere-

§. 12. Ill. BOEHM. in Elem. iurisprud. crim. Sect. II. Cap. 20. §. 139. CARPZ. in Prax. crimin. Part. I. qu. II. num. 37. BERGER. in suppl. ad elect. iurispr. crim. Part. II. obs. 126. pag. 352

Serenissimi Duci Blanzenbourgo-Brunschwicensis & auiae
 Ludovicae Mariae ex Gente Heppelingia, quam Deus ad-
 huc diurissime conferuare velit. Nihil magis curae cordi-
 que semper fuit optimis meis parentibus, quam ut doctri-
 na sanctiori aliquis litteris erudirer, itaque puer traditus
 sum scholae triuiali Goeppengensi & deinde Reuerendo
 Benzio, summo praeceptorii scholae ciuitatis Ludouicobur-
 gensis. Absolutus autem studiis philologicis, traditus sum
 plurimum reuerendo Flattichio Pastori Munchingae, ut
 in humanioribus litteris me erudiret Quibus instructus aca-
 demiam celeberrimam Tubingensem petui, ibique anno
 MDCCCLXII. a Viro Magnifico HOFFMANNO L. Gr. P.
 P. O. & Duc. Stip. Ephoro, eodem tempore Academiae
 Rectore, in numerum Ciuum academicorum receptus,
 Iurisprudentiae me consecraui. Haec autem studiorum
 meorum ratio fuit, ut Philosophiam Iurisprudentiae praemiter-
 rem, & audiuisse mihi gratulor in philosophicis Viros
 Illustres atque longe celeberrimos Plouquetum & Kiesium.
 Quibus & reliquis Illustribus ac Excellentissimis Professo-
 ribus Facultatis Philosophicae adhuc maximas, quas possum,
 habeo gratias pro collatione Gradus Magistri Philos-
 phiae. Ad quam Dignitatem legitime capessendam non
 solum more consueto examinatus sum, sed etiam sub praes-
 fidio viri Illustris atque Excellentissimi KIESII differen-
 tiationem defendi. In Iurisprudentia autem viros Per-
 illustres atque Magnificos Harprechtium, Hoffmann-
 num, Canzium, Kapnum atque amplissimum Rühlum au-
 diui. Quibus omnibus pro fideli institutione maximas ago
 gratias. Quadriennio prope ibi peracto, fama longe late-
 que sparsa Academiae Ienenfis excitatus, in illam me con-
 tuli, eam ob caussam, ut ibi meum studium juridicum pe-
 nitus absoluorem. Inque illa splendidissima musarum sede,
 anno MDCCCLXV. Rectore Perillustri atque Magnifico
 KALTSCHMIDIO, in eorum numerum, qui studiorum cau-
 sa ad hoc ornatissimum musarum domicilium aduolant,
 sum

❧ ❧ ❧

sum receptus. Inter illos autem Viros, qui laude litterarum & fama, & meritis, Ienam ornant, praeceptores mihi fuere Viri Perillustres Magnifici Excellentissimi atque Amplissimi, IOH. AVG. HELLFELD IVS. IOACH. ERD M. SCHMIDI VS, ACHAT. LVDOV. SCHMIDI VS nunc Consiliarius assentiae intimus Serenissimae Ducis Saxo-Vinariensis, CAROL. FRIED. WALCHI VS. IOH. DAN. SVCCOVIVS et FRIED. IVST. RIEDELIVS. His viris de orbe litterato meritissimis gratias habeo immortales pro fidelissima eorum institutione, merita eorum etiam in me, dum viuam, magni faciam.

Quibus peractis, Candidatus noster Collegio semet nostro per solennia explorandum examina obtulit. In quibus vti egregie stetit: ita ad publicum inauguralis Dissertationis specimen eum admittere, decreuimus. Et hoc quidem certamen sub praesidio Illustris atque Excellentissimi CAROLI FRIDERICI WALCHII, Professoris Pandectarum publici ordinarii, nec non Curiae Provincialis, Facultatis iuridicae et Scabinorum Collegii Professoris craftino die instituet. Ut autem publici actus splendorem Magnificus Academiae Rector, Magnificus Academiae Rector Designatus, Comes Illustrissimus, Patres Academiae venerandi, Omniaque ordinum hospites honoratissimi nec minus Generosissimi ac Nobilissimi Commilitones sua augeant praesentia, meo et inclyti Iсторум ordinis nomine rogo atque obseruo. P. P. sub
Sigill. Fac. Iur. in Academia lenensi die XV. Iul.

MDCCCLXVI.

(L. S.)

ULB Halle
004 453 824

3



S6





22
G 12 mm. 11
1766, 11
P. A. H.

IO. CASP. HEIMBURGII D.
COLLEGIORVM IVRIDICORVM IENENSIVM ORDINARI
ET FACVLTATIS IVRIDICAE H. T. DECANI

PROGRAMMA
DE

POENA MATRIS
INFANTIS SVI RECENS NATI
MORTEM EX PROPOSITO
MATVRANTIS
DISSERTATIONI IN AVGVRALI

DE

DONATIONE CAPITE DAMNATI
AD L. XV. DE DONATIONE

PRAENOBISSIMI ATQVE CLARISSIME
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATI

M. CHRISTIANI LUDOVICI KERNERI
HECHINGENSIS

PRO LICENTIA

DIE XVI. IVL. MDCC LXVI. HABENDAE
PRAEMISSVM

JENAE
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS

